

## A.

tamen si advocatus prevenerit magistrum civium, judicabit causam dictam, quicquid inde derivabitur solus tollens. [6.] Domus vel quecumque possessiones, si ab aliquo manifeste et quiete possidentur per annum, ab eo amplius alienari non poterunt neque debent. [7.] Pascua et ligna omnibus sint communia [8] et magistris artium manualium instituent consules civitatis. [9.] Si quis in iudicio constitutus injustam sententiam affirmaverit, dabit 6 denarios advocato. [10.] Vingtini marcas argenti dabunt burgenses ad justam petitionem nostram in nativitate domini annis singulis persolvendas. [11.] Munitio, que est inter castrum et civitatem posita, sic manebit. [12.] Omnia pheoda collata a comite Conrado et ecclesiastica beneficia possessoribus rata erunt. Bona vero, que comes Conradus in pignore obligavit vel alicui exposuit, nobis, dum ea solverimus, reddi debent. [12a.] Infra civitatem omnia jura ab antiquo habita servabunt,<sup>1)</sup> — [12b.] extra civitatem vero fruentur illo jure et gratia, quibus civitas nostra Brunswic et illi burgenses utuntur in suis rebus et mercimoniis sine exactione et theloneo sicut illi de Brunswic deducendis. [13.] Nulli hominum in pheodo conferemus civitatem

## B.

terunt. [7.] Pascua et ligna omnibus sunt communia. [8.] Consules civitatis magistris artium manualium instituent. [8a.] Renovatio denariorum de consensu consulum ordinabitur, ita ut nec falsitas in materia nec levitas in pondere possit inveniri. [8b.] Absque thelonio et absque ulla exactione ut cives de Brunswic merces suas sub dominio ducis ejusdem civitatis amplius deducant. [9.] Si quis in iudicio constitutus injustam sententiam affirmaverit, dabit 6 denarios advocato. [10.] 20 marcas argenti solent dare cives in nativitate domini et sic aq omni petitione et gravamine per annum sint securi. [10a.] Si aliquis anonam in Honovere vendere voluerit, thelonium non dabit, si eam non emit, ut carius vendat. [11.] Munitio, que est inter castrum et civitatem, amplius manebit. [12.] Omnia pheoda collata a comite Conrado vel ab uxore sua et ecclesiastica beneficia possessoribus rata erunt. [13.] Nulli conferetur civitas in Honovere in pheodo, sed domino duci et suis heredibus manebit. Ut autem hoc datum et statutum stabile et inconvulsum permaneat, data fide promiserunt nobiles, ministeriales et burgenses jam dicti ducis de Brunswic in manus militum burgensium in Honovere. Qui fidem dederunt,

<sup>1)</sup> Ein „sic“ (vgl. Doebner 23) erscheint hier überflüssig, da hier, wie auch zum folgenden „burgenses“ zu ergänzen ist.